



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Concordia redintegratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

nistrandis sacramentis, non iis modò ministeriis, que illis ab Apostolica sede permissa sunt fungi eos liberè pati amini, sed etiam favore eos, & studio vestro iuuetis: eaque in re Venerabilis fratris nostri Cardinalis Augustani Antistitis vestri voluntati obsequamini: apud quem, si quid aduersus eos proponere volueritis, querelam vestram tanquam apud Ordinarium vestrum deferre debetis. Datum Roma apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die ultimo Septembris, 1564. Pontificatus nostri anno quinto.

Tandem ita confecta res est, vt Canonici scripto conciperent, quas ad concordiam conditiones amarent. Postulauere, vt ab sacrorum administratione posthæc Patres in primario ipsorum templo abstinere: in alio autem quouis ea pro voluntate Episcopi præberent. Canisius cathedram obtineret, sed ita vt cum ipsis, tum societati integrum esset, cum quid alterutra pars mutatum vellet. Quandiu autem id muneris obtineret Canisius, ne quo iniussu ipsorum, nec nisi substituto idoneo vicario, proficisci fas esset. De cetero sincera porro, & fraterna caritas vtrinque salua cōstaret, positis priuatis studiis: & antè omnia caue-

Concordia 78.
dintegratus.

cauerent Patres, ne quid aduersus Canonicos dicto, factouè priuatim, publicèue committerent. Studiosissimus pacis Canisius valdè controuersiarum sine lætatus est, ac spem etiam ingressus fore, vt Deus, qui ex tentatione prouentum facit hac ratione sensim viã inueniendo templo aperiret, in quo solemnia sibi munia liberior societate Ciuitatiq; vtilior exerceret. Itaq; non modò conditionum nullam reiecit, sed etiam demonstrauit nihil societatem suscipere libentiùs, quã quã pacis, & concordiaẽ essent: ac proinde gratias agentes agere, quod in pristino caritatis loco habere ipsos benigneque complecti velint. Seuerè ea modestia vsuros, eaque verecundia, quæ ipsorum venerabili Collegio iure deberetur. Vellent & ipsi minimæ huius familiaẽ homines quocunque degerent, quocunque diuina facerent loco commendatos habere. Hæc literis comprehensa quo firmiùs sancirentur, Cardinalis publicè in vtriusque partis conspectu recitari, suoque communiri signo voluit. Sed extemplo nouæ molestia ex veterum sine cooriuntur. Dum alia quaritur sacra ædes, in qua Patres suis muneribus fungerentur, proximi quiq; sacrorum hominũ tum

Satana

Satana instigante, tùm prægressis motibus excitati eorum vicinitatem refugiebant. Itaque aliquandiu ædis sanctæ Catharinæ copia facta: cum ne ibi quidem liceret quietis esse, optimus Cardinalis facellum suum in eos vsus ornauit, ac tradidit.

Inter hæc ad commune bonum Germaniæ duo Canisius Romæ curauit haud leuis momenti; primum, vt quoniam in Academiis Italiæ Germanorum multi religione corrupta Doctorum insignibus ornabantur, & armis instruebantur, vnde grauius postea in Ecclesiam sanctā gererent bellum, caueretur Pontificio diplomate, ne quos ad id genus honores extra quam quorum de religione incorrupta constaret, prouehi ius esset. Deinde, vt quoniam pro Academiis corruptela non pauci bonorum, & orthodoxorum adolescentium inter sapientiæ studia variis modis & ingenia deprauabant, & mores, emendandæ, constituendæque in Academiis disciplinæ ratio aliqua iniretur. Id posterius haud perindè impetrabile fuit. Ad prius amoliendum incommodum Diploma Pontifex edidit, quo qui Doctorum titulis cohonestandi forent, eos ex concepta formula

*Professio fidei
in Academiis.
Canisij studio
inducitur.*

e

mula